



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Svmmarivm. Homiliæ Trigesimæseptimæ Seqventis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Christiane, illos tu attende pulsus, quibus in occulto ad cordis tui pulsat ianuam, dum sociordia stertis: illum audi, illum cognosce: etenim Dominus est, ascendit & occultus mansit usque in quartum diem: tunc enim publice templum ascendit predicaturus, in hoc se verum Deum ostendens, sicut in fugiendo se verum hominem esse designat. Pijssimæ bonitati illius placeat, animæ nostræ templum ascendere, nobis concionari, docere nos, atque diuinæ suæ gratiæ donis exornare, quibus æternæ tandem gloriæ donâ consequamur. Amen.

S V M M A R I V M.

HOMILIÆ TRIGESIMÆSEPTIMÆ SEQUENTIS.



REFOVNDATA comprehendit hoc Euangelium mysteria, nominatim prædestinationis, & reprobationis, quod quamvis aliquam incutere debeat sollicitudinem. *a.* non tamen curiosus debet indagari: cum certum sit, quod Deus nobis vel gloriam tribuat celestem, vel æternis damnet cruciatibus secundum opera nostra. *b.* Ad illorum solamen, & horum terrorem, nobis Deus in Sacris litteris suis quædam reliquit indicia, ex quibus conjecturare licet, an aliquis prædestinatus sit vel reprobatus. Hæc describit D. Ioannes in hoc Euangelio, nobis tres figuras proponendo: illam Christi nostræ prædestinationis Auctoris: illam prædestinatorum sub figura ouium Christi, & reprobatorum sub persona quorundam Iudæorum, qui Christum circumdederunt. Figura quæ nobis proponit Christum, ea est: describit illum ambulans in porticu templi, misericordiâ plenum, peccatores expectantem. *c.* & cogitationes retractantem. *d.* Prædestinatos ostendit sub figura ouium Christi, quarum conditiones Saluator noster exponit; reprobos autem nobis indicat sub eorum nomine, qui Christum circumdant: habent etenim contrarias. Primum indicium ouium Christi hoc est, quod audiant vocem Dei, quintupliciter, & nullo horum modorum illam audiunt reprobi. Primum: illam simpliciter credunt. *e.* Secundò: illi obediunt. *f.* Tertio: ad illam accurrunt. *g.* Quarto: agunt iuxta veritatem eius. *h.* Quintò: desiderant illam audire, ut sciant quid sibi sit agendum. *i.* Secundum harum ouium indicium est, quod Christum sequantur, non illum cingendo, sed eius insilendo vestigijs, hoc ostendendo, quod sint per opera sua. Contrarium est præcitorum, qui cingunt illum, & per vias incedunt oppositas. *k.* Tertium prædestinatorum signum est, quod sicut reprobi iam in hac vita patiuntur, & participes sunt cruciatuum infernalium. *l.* ita in illam participationem quandam gaudij vitæ æternæ communicant. *m.* Quartum prædestinatorum indicium est, quod non pro semper pereant, pertinaces in peccato, si in hoc lapsi fuerint, sicut reprobos in sua perditione. *n.* Quintum illorum indicium est quod firmi sint in manu Dei sic ut illos inde diabolus non eripiat, ut horum est, quod ab illo se rapi patiuntur. *o.* Tandem exponit Dominus qua ratione possit hæc admiranda in prædestinatis suis operari declarans quod verus sit Deus æterno æqualis Patri. *p.*

§. 1. Solliciti vivere debemus, utrum prædestinatus & signatus, sicut piscium in secunda sinati sumus: horum numerus est decem. D. Petri piscatione.

§. 2. 16a

- §. 2. Ita desideranda est fors praedestinationum, sicut timenda fors reprobationum: unde sancti semper timent.
- §. 3. Ne mysteria scrutentur praedestinationis; sunt enim capilli nigri, sed attende ad opera, quae ad tuam requirit Deus saluationem.
- §. 4. Concordia praedestinationis diuina cum tua libertate, coma est nigra sponsi: non à te requiritur illam intelligere, sed credere, & bene operari.
- §. 5. Licet actus aeterni praedestinationis, & reprobationis procedant ex mera Dei voluntate: verum dare caelum, vel infernum, fiet secundum opera nostra.
- §. 6. Non attendas, virum sis praedestinatus vel reprobatus, sed quomodo viuas, qualis enim tu Deo fueris, talis tibi Deus est futurus.
- §. 7. Ambulabat Iesus &c. Describit Euangelista primò personam, quae praedestinat, Christum expectantem: etenim optimè quadrat illi haec sententia: Expectat vos Dominus &c.
- §. 8. Ambulat Iesus. Haec saluatoris expectatio velut misericordia sua probatio, nostram confundit stultitiam & impudentiam: cum ex illa peccatus inhaeremus.
- §. 9. Huic saluatoris nostri figura, quae in porticu ambulat optimè conuenit illa Theocriti sententia: Retraecat cogitans &c.
- §. 10. Circumdedeunt ergo eum &c. Oues meae vocem &c. Praescitos illi praeserunt, qui Christum circumdant: & praedestinationes, oves, quorum primum indicium est, audire vocem eius, illam simpliciter credendo: sicut & illorum illum circumcingere.
- §. 11. Oves meae vocem meam audiunt. Indicium est praedestinationis, audire vocem Dei, eius seruando legem: sicut reprobationem, illam transgredi.
- §. 12. Vocem meam audiunt. Indicium est praedestinationis, ad Dei vocem accurrere, sicut reprobationis ad eam, qua est diaboli, sicut exponit Hieremias similitudine perdicum.
- §. 13. Vocem meam audiunt. Sicut signum est praedestinationis vocem audire Dei, qui est ipsa veritas; sic est praesciti mendacis dolisque inherere, prout visio Michae declarat.
- §. 14. Vocem meam audiunt. Indicium est praedestinationis interrogare cum simplicitate ad audiendam veritatem: & reprobationis cum fictione quarere tantum ad suum intentum, sicut illi: optimo corde percunctare, momente te Spiritu S.
- §. 15. Haec simplicitas potissimum quaritur à potentioribus, nec Regem Assuerum, nec hos imitentur.
- §. 16. Sequuntur me. Praedestinationis signum est, sequi Christum: non autem illum circumdare, nec cum illis se illi opponere.
- §. 17. Sequuntur me. Oves Christi ex operibus suis, gressibusque comprobantur. Praesciti similes sunt virginibus fatuis: quae oleo lucere volunt alieno.
- §. 18. Sequuntur me. Indicium est ouium Christi gressus eius sequi: praesciti, sicut Balaam, cum asini sint, caudam assulant pavonis.
- §. 19. Vitam aeternam do eis. Illi velut symbolum praescitorum ostendunt se suspensos: illos etenim veritatis Dei confringit laqueus, ex quo se multi expediterunt, facti haeretici, ne illo constringerentur.
- §. 20. Referunt isti praescitos: nam Christomacicia sua culpam adscribunt, ut perfidus ille seruus.
- §. 21. Iam illi tormenta patiuntur inferni participatiue, quibus ex propria torquentur conscientia: sicut Cain, & bene describit D. Chrysest.
- §. 22. Ipsa anima propria imordinatio miserum torquet peccatorem. Timeat ne praescitus sit ille, qui hac deletatur, & magis ille, qui illam non sentit.
- §. 23. Vitam aeternam do eis. Indicium est pra-

- prædestinatorum iam vitam gaudere sempiterna, quæ hic Christus suis concedit omnibus.
- §. 24. Vitam æternam do eis &c. Nunc eâ fruuntur oves lætitia, qua teste Spiritu S. cordis vitæ nuncupatur.
- §. 25. Vitam æternam do eis. Oves Dei cælum secum deserunt portatile, ob bonam conscientiam iucunditatem, atque spem, quæ ex illa oritur, certissimam.
- §. 26. Vitam æternam do eis. Exposuit D. August. quod sicut sanctissimum mundi tormentum hoc est, quo reprobum mala torquet conscientia; sic solidissima est hilaritas, quæ bonum bona recreat conscientia.
- §. 27. Non peribunt in æternum. Sicut præscitorum symbolum est, perseverare in ruma peccati, atque in circuitu cum illis

ambulare: sic indicium est prædestinatorum in illis non perseverare in æternum.

- §. 28. Nemo rapiet eas &c. Symbolum ovium Dei hoc est, quod de manu illius non eripiantur; quamvis enim mobiles sint, ut naues, firma tamen sunt ut columna.
- §. 29. Nemo rapiet eas &c. Ostendit se Tob orem Dei, in eo quod diabolus illum minime potuerit Dei manibus eripere.
- §. 30. Nemo rapiet &c. quod dedit mihi Pater &c. Ego & Pater unum sumus. Probat Dominus id quod dixerat locutus illis clarè; & si voluerint illum lapidare, nos ipsi illuminamur, & hæreses contra diuinam eius personam confunduntur.

HOMILIA XXXVII. DE PRÆDESTINATIS ET PRÆSCITIS.

Sexto die Mercurij Quadragesimæ.

Facta sunt Encania in Hierosolymis & hyems erat &c. Ioan. 10.



Tract. 48.
in Ioan.

HODIENVM Euangelium describit nobis dilectus Christo discipulus D. Ioannes, qui velut aquila cælestis eousque ascendit & attollit remigium ut ex mente D. Augustini necesse nobis sit intellectum intendere, quatenus ex eo aliquid capiamus: etenim ea est doctrina quam nobis proponit, non ordinaria est, sed suprema & altissima, quæ præclarissima & Theologiæ puncta complectitur: quia ex occasione quâ illi, qui ceteris in mundo sapientiæ palmam incipiebant scilicet Sacerdotes, Pharisei, & Principes à Salvatore postularunt, ut aperitibus loqueretur, & distinctè diceret absque vili verborum inuolucris quicunq; esset: manifestare cepit illis diuinitatem suam & immensæ sapientiæ suæ aperire

catarractas: *Ego sapientiæ effudi flumina.* Ri. Recl. 24. vos effundit ore suo diuino multiplici adeo gurgite: ut omnes absorberentur, cum vires illis deficerent quibus horum profunditatem pervaderent: etenim agit de sublimissimis mysterijs prædestinationis & reprobationis de generatione æterna, & emanatione verbi diuini, de distinctione diuinarum personarum, vnitatis essentiæ, æqualitatis & consubstantialitatis filij cum Patre, de vtriusque omnipotentia, de sanctificatione animarum, de aduentu suo in mundum, de forma qua & ob quam illum æternus Pater misit: de modo quo homines sunt dii: hæc subtiliora licet superficialiter considerata ipsos exerceant Seraphinos: proinde non miremur, quod miseris illi sic obsecrarentur: etenim tali luce turbati & ob-

Recl. 24.
40.

Altissima
docet hic
Christus
Sacramenta.

ob-